

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 132. Nullum est peccatum tam grande, quod per pœnitentiam dilui  
non possit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

*su, qui pro peccatis nostris satisfecit (ex quo omnis nostra sufficiencia est) conformes efficiuntur ... Neque vero ita nostra est satisfactio haec, quam pro peccatis nostris exsolvimus, ut non sit per Jesum Christum: nam qui ex nobis tamquam ex nobis nihil possimus, eō cooperante, qui nos confortat, omnia possimus. Ita non habet homo unde glorietur, sed omnis gloria nostra in Christo est, in quo vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos penitentia, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre.*

1360 Si quæras ad quam virtutem spectat penitentia?

Respondeo, ad eam virtutem, ex cuius motivo imperatur. Siquis v. g. doleat de commissâ fornicatione, quia per eam violavit in se castitatem, spectat ad virtutem castitatis. Si quia violavit voluntem castitatis, spectat ad virtutem religionis. Si quia per eam Deum offendit, sive quatenus est offensa Dei, spectat ad virtutem caritatis. Si sic de ea doleat, eamque in se vindicet, quatenus est offensa Dei, ut dolorem illum & vindictam referat ad reparandam, compenſandamque, quatenus in se est, injuriam Deo per peccatum illatam (qui est proprius finis penitentiae, ut est virtus specialis) spectat ad iustitiam, cuius est reparare injuriam alteri illatam. Tametsi enim hominis ad Deum non derur iustitia simpliciter (qua est inter illos, quorum unus est sub potestate alterius) datur iustitia secundum quid, que etiam est inter illos, quorum unus est sub potestate alterius, sicut est servus sub domino, filius sub patre, uxor sub viro, creatura sub Creadore. Et ad hujusmodi iustitiam spectat penitentia, per quam homo recurrat ad Deum, sicut servus ad dominum, sicut filius ad patrem, sicut uxor ad virum, sicut creatura ad Creadorem, ut reparet injuriam quam ipsi peccando intulit. Videri potest S. Thomas 3, p. q. 85. a. 3. Origo tamen illius est amor Dei, velut fontis iustitiae, vel sicut iustitiae increase. Quisquis enim iustitiam amat, id amat quod iustitia prescribit. Iustitia vero prescribit homini, ne peccet; &, si peccaverit, ut oderit, detestetur, & puniat in se peccatum, ad reparandum injuriam Deo illatam. Et hoc est penitentia.

1361 Duplex est penitentia, una specialis & propriæ dicta, que de solis eis peccatis actualibus, constituita in specialibus quibusdam exercitiis penitentiae, scilicet in contritione, mortificatione, jejuniis, elemosyna, oratione, & aliis operibus pietatis, ab his practicandis, qui propriæ voluntate peccaverunt.

Altera est generalis, & impropriæ dicta, quam ex Dei sententiâ subire debent omnes filii Adam, etiam baptizati, quia in ipso peccaverunt: constituita in humili to erantia mortis, & misericordia hujae vite, exiliis à caelesti patri, incertitudinis latutis, difficultatisque in refutando passionibus, concupiscentiis, & tentationibus, in vita denique seria & laboriosa. Illud est enim *jugum grave*, de quo Eccl. 40. *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & jugum grave super filios Adam, a die existus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturae, in matrem omnium.* Vetus est ista sententia, quam subire debent omnes filii Adam, qui in ipso peccaverunt: *In sudore vultus tui vesceris pane, dñe revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Gen. 3. Hunc pane indignos Apostolus judicat, qui volunt operari, sed in otio vivere: *qui non vult operari, non manducet.* 1362 Miseria itaque hujae vite, morsque ipsa corporalis, toleranda sunt in spiritu patientie, humiliisque submissionis ad veterem illam Dei sententiam. Tametsi enim in baptizatis, nihil remaneat quod veram & propriam peccati rationem habeat, nihil quod in ipsis oderit Deus, nihil quod ipsos

remetur ab ingresso cælorum, nisi post baptismum propriâ peccaverint voluntate. Vult bibliomimus Deus ut icté considerantes velut à divina iustitia damnatos ad mortem, & miseras hujus vitæ, & ad crucifigendam concupiscentiam suam, post baptismum supererit; vult (inguam) ut quadriū sunt in hoc mortali corpore miseras istas, & cræcum sustineant in spiritu humilis patientie & submissionis ut suprà, eodemque in spiritu recognoscant se natos, velut exiles è paradise, non ad quietem & voluptatem, fed ad laborem & crucem. Vult ut puguent & agonient ad domandas, eradicandas & crucificandas concupiscentias suas. Propteræ namque Tridentinum lœf. 5. can. 5. concupiscentiam in baptismis manere dicit ad agorem, nec nocere viriliter per Christi Jeju gratiam repugnantibus; quinmò ipsi occasione esse ut correntur.

Cùmque non solum diæta de causa filiorum A. 132 dam vita esse debeat laboriosa, sed & quia non est homo (exceptè Deipara) qui propriæ non peccet voluntate, atque idem vita Christiana, prout Tridentinum declarat. fess. 14. in pœstat de Sacram. Penit. perpetua penitentia esse debet, ita ut eam nulli, cum timore & tremore saltem suam operari debeant in laboribus, in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus & oblationibus, in ieiunis & castitate, & spiritu facta carnis mortificare, prout idem Concilium declarat. fess. 6. c. 13. Christiana profectio non est vita eorum qui vivunt in continuo penè deliciis, ludis, jocis, recreacionibus, voluptatibus, visitationibus inutilibus, vel tempus terunt in occupationibus vel lectoribus, non ut laborent iuxta Dei pœscriptum, sed voluntatis vel curiositatis causa dumtaxat. Et idem est de iis qui laboriosas suscipiunt occupationes, ut sive satisfacient vanitati, ambitioni, avaricie, &c. Quippe omnes isti otiosi sunt respectuè ad Deum: utpote nihil operantes in vicina ipsius. Soli proinde illi diætae satisfacient obligationi, qui laborant, quia sic est voluntas Dei, dicendo v. g. ex corde: *Ieffisi Domine ut vitam ducas laboriosam, offero tibi banc laborem meum, quoniam suscipio, quia ista est voluntas tua.* Alii porto sunt labores Regum, Principum, Nobilium, sive Mechanicorum, sive Secularium, sive Ecclesiasticorum, &c. Est autem voluntas Dei, ut natus quisque labore secundum statum & conditionem suam, illa excendendo quæ offici sui sunt, Rex v. g. procurando bonum, ordinem & tranquillitatem Regni sui, eaque impediendo, quibus perturbari posset. Principes ac Nobiles similiter procurando, ut familia sua, filii & subditi bene dirigantur, instruantur, Christiane educantur, Dei, Ecclesiæ, & Statutis leges in ditibus suis serventur, visitationesque ipsorum, activæ & passivæ, non sicut simpliciter causâ oblectamenti, sed causâ justæ necessitatis, vel honestatis, quæ finaliter ad Deum referuntur.

## CAPUT CXXXII.

Nullum est peccatum tam grande, quod per penitentiam dilui non possit.

E St de fide, quia Ezech. 18. Deus generaliter pœnitentiem ab impietate sua, omnium iniquitatibus eius non recordabatur amplius. Et idem Deus omnes omnino peccatores ad penitentiam invitabit. Et copiæ firmiter Concilium Lateranense generaliter & absque ulla exceptione definit, quod si post confessionem Baptismi quisquam prolapsum fuerit in peccatum, per veram potest semper penitentiam reparari.

Nec obstant sequentia sacra testimonia: Qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum, non remittit.

mittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro. Matth. 12. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati.... & prolixi sunt, rursum renovari ad penitentiam. Hebr. 6. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis. Ad 1. namque respondere per peccatum in Spiritum sanctum vel intelligi peccatum ex delinita malitia, vel quo manifestus spiritus sancti opera diabolo tribuan-  
tur, ut suscepit veritatem impeditus: quomodo Iudei de Christo dicebant: in Beelzebuth priu-  
pe demoniorum iuris dicuntur. Quosmodi peccata-  
rum Iudeorum Christus dixit nunquam remit-  
tendum: quis praevit Iudeos de eo poenitentia-  
nem nunquam acturos. Vel cum Augustino  
serm. 11. de verb. Dom. per peccatum in Spi-  
ritum sanctum intelligenda est finalis impenitentia,  
quam certum est nunquam remitti. Vel deinde  
nique per peccatum irremissible vel nunquam  
remittendum, illud cum D. Chrysostomo intel-  
ligendum est: quod nunquam remittitur nisi  
difficillime, & admodum raro.

1366

Secundum testimonium sancti Patres com-  
muniter exponunt de poenitentia baptismi; qui  
cum sit interabilis, impossibile est eos, qui pro-  
lapsi sunt post baptismum (qui est illuminationis  
fidei Sacramentum) per alterum baptismum  
renovari. Quo ciam sensu ibid. c. 10. dicitur: vo-  
luntarie peccantibus... non relinquunt baptismi: quia  
iis qui baptismi gratiam peccato abiecimus, per bap-  
tismum iterum non applicatur horria in cruce  
oblati, per quam omnis ipsius remittitur pena.  
Vel dic eum S. Anselmo Apotholam. Hebr. 6. 10.  
qui de iis, qui post illuminationem, id est ma-  
gnam vita perfectionem lapsi sunt, diuine in  
peccatis permanerant, quibus moraliter imposs-  
sibile, id est valde difficile est per poenitentiam ad  
primitam sanctitatem refugere.

Terium testimonium S. Augustini de corrept. &  
grat. c. 12. & S. Greg. l. 10. Morale. 28. expo-  
nunt de peccato ad mortem, id est utique ad mor-  
tem durante, de quo peccator non penituit, nec  
se emendavit, sed & abiecit intentio immor-  
tus est. Pro quo fruitarum est orare.

## C A P U T CXXXIII.

Pecata remissa per penitentiam, per delictum  
subsequens non redent.

1367 N Eque enim conditionate, sed absolute remis-  
tuntur, ita ut Deus corum non recordetur  
ampius, uti confit ex citato Dei per Ezechiel  
testimoni. Nepon ex Rom. 3. fin. penitentia  
sunt dona Dei. Et ex can. divina dicit. 4. de poenit.  
ubi Gelatius Papa sic loquitur: divina clementia  
divisa peccata in ultimum redire ulterius non pos-  
sunt. Concinit S. Prosper. l. 1. Respondit ad 2. ob-  
ject. Gallor. dicens, quod quamvis in mortalia lapsi  
post baptismum, damnandus sit, si in iis mor-  
tiatur: non tamen in id quod remisisti est recidit;  
neque in originali peccato damnatur: qui tamen  
propter polverem criminis a morte afficietur, que  
ei propter ea quae remissa sunt debetur.

1368 Scio Hugonem Victor. l. 2. de Sacram. p. 14. c.  
9. oppositum contendere: Si enim (inquit) vir-  
ta bona tua, famipridentia propter peccatum mortua,  
iterum per justitiam, seu poenitentiam, vivificen-  
tur, noli traxi.... si mala tua, famipridentia pro-  
penitentiam exercuta, iterum propter mortalitatem tuam  
ibi impatentur. Sed Deus (inquit) dixit de malis  
meis, quando penitentiam agit, quod ea mibi am-  
plius non impataret. Similiter & Deus de bonis tuis  
dixit, quando peccasti, quod amplius ea non remi-  
neraret. At namque Ezech. 18. Si avenerit se  
iustus a iustitia sua, & fecerit iniuriam, om-  
nes iustitia ejus, quas fecerat, non recordabuntur mor-

per, quibus, cum S. Thoma 3. p. q. 88. a. 1. com-  
muni calculo Theologi contentiunt, dicentes,  
quod peccata jam per poenitentiam remissa, nun-  
quam per peccata quaecumque subsequenta re-  
deunt quoad culpam, aut peccatum remissam. Op-  
us namque Dei, quale est peccatorum remissio,  
per actum hominis irritari nunquam potest. Et per hoc solvit argumentum Hugonis. Si enim  
peccata remissa per peccatum subsequens redirent,  
opus Dei irritaretur per actum, i.e. peccatum ho-  
minis. Non sic, dum opera bona precedenter  
mortificantur per peccatum subsequens; utpote  
qua non omnino moriuntur, nec absentur in  
conspicu Domini, sed remanent in acceptatione  
ipsius, licet non proficiat ad remunerationem,  
durante impedimento peccati ex parte hominis;  
qui, licet irritare non possit opus Dei, potest ta-  
men impeditre ne sibi prosit. Et hoc modo sancti  
Patres intelligunt hoc quod Hugo objicit ex Eze-  
chiele; sed prorsus alter quod ex eodem allega-  
vimus. Aliam disparitatem Theologi plerique hanc  
reddunt, quod Deus, cum sit summa bonitas, pro-  
nior ad benefaciendum sit, quam ad puniendum.

Objicit tamen verba Augustini l. 1. de bapt. 1370  
c. 12. redire dimissa peccata; ubi fraternalis caritas  
non est, operissemur Dominus in Evangelio dicit.  
Matth. 18. ubi a servo illo remisum debutum de-  
cem milium talentorum dominus repetuit, et  
quod ille debitum esum denariorum conservo  
huius dimittere noluerit, sed ipsum absque mis-  
ericordia crudeliter tractaret. Respondet 10.  
cum S. Thoma loco citato ad 1. verbum illud  
Augustini esse intelligendum de reditu peccatorum  
quod penitentia in se considerat, quatenus scilicet  
post penitentiam peccans, incurrit reatum penit-  
entiae sicut prius, non tamen propter eandem ra-  
tionem. Quia non propter peccata remissa eam  
incurrit, sed propter subsequens non remissa.  
Hanc solutionem S. Doctor fundat in laudata  
responsione, quam S. Profer, Augustini nomi-  
ne, superad dedit ad 2. object. Gallor.

Respondet 2. S. Augustinum, sicut & Evan. 1371  
gelium in eligi etiam posse juxta doctrinam qua  
S. Thomas communiter receptus docet, pecca-  
ta remissa redire secundum quid, non formaliter  
utique, sed aliquo modo virtualiter, quatenus  
scilicet peccata subsequens, ob acceptam remis-  
sionem gratiam, aggravantur ex circumstantia in-  
gratitudini; & contemptus divinae bonitatis, &  
in tantum subinde aggravantur, ut tantum pro  
ipso debetur pena, quantum debetur ante re-  
missionem. Et penam istam abique misericordia  
Deus exigit ab eo qui non fecit misericordiam. Ju-  
dicium enim sine misericordia illi qui non fecit mis-  
ericordiam. Jacobi 2.

## C A P U T CXXXIV.

Merita per mortale subsequens mortificata, per  
penitentiam reviviscunt.

A fterio non procedit de operibus mortuis, id 1372  
est que quia extra statum gratia facta sunt,  
nunquam in Dei acceptatione vivent; sed de  
mortificatis dumtaxat, tive que ex gratia, & in  
statu gratia facta sunt, operantemque mercede  
eternam dignum efficerunt, sed per subsequens  
mortale peccatum eternam mortificata dicuntur,  
quatenus per illud impediuntur, ne hominem ad  
eternam felicitatem perducant. Opera quippe ho-  
minis sexuplices differentiae assignati sunt, vi-  
via, vivificantia, vivificata. Mortua, mortifican-  
ta, mortificata. Viva sunt, qua ex principio  
vita, grata scilicet & charitate procedunt. Et  
illa dum supervenient operibus mortificatis, illa  
vivificant, & ideo vivificantia dicuntur, & maxi-  
mè ex operis penitentiae, quibus tolluntur mor-